

APOLOGIA

MAGNIFICI DOMINI

VVILHELMI  
KORFF,

Capitanei Orlensis, S. R. Majest.

Ordinum Ducatoris,

*Ratione hujus,*

Quod fuerit missus pro Præ-  
sidio

SMOLENSCÜ

ab

*Illustrissimo Principe*

DN. IANUSIO RADIVILO

Palatino Vilnensi, Exercituum M. D. L. Duce  
generalissimo,

*Ad septem Puncta citata.*

Introitus ad Lectorem.

**M**anifestum facio Lectori, quod post Traditionem Smolenski Illustriss. Princeps Dn. JANUSIUS RADZIWIL, Exercituum M.D.L. Generalis Dux, pro Commissione Minsci, Mihi Ordinum Ductori coram Judicio Ducis & Commissionis suâ citatione comparere mandaverit. Quæ citatio de verbo ad verbum ita in se est.

**J**ANUSIUS RADZIWIL Dux Birsarum & Dubincarum, Nevelix & Sebesix Comes Palatinus Vilnensis, Exercituum M.D.L. Generalissimus: Casimiriensis, Brizoviensis, Camenencensis, Seyvenensis, Bystrensis, Vilkoviensis, Retoviensis, Lubecensis, Loieviensis Capitaneus.

Magnifico Dn. WILHELMO KORFF, Capiteano Orlensi, Pedestris Exercitus S.R.M. Ductori. Quandoquidem Arx Smolenscensis per Deditio-  
nem cessit hosti. Itaque Dominatio Vestra, uti pro  
præsidio ejus à me ordinatus compareat coram me  
ad dandam sui Justificationem, & faciendam legi-  
timè totius Transactionis Relationis æqvitatem  
citaturque à me juxta hæc puncta.

I. Si habuit Dn. Vestra integram suam Cohortem,



hortem, ita ut ex acie cessit? 2. Si hoc fecit, quod officium Dn. tionis V. stræ; & vocatio in illo loco exigebat? 3. Si aliquid molitusest suo instinctu? An paruit Illustri Dn. Palatino in iis, quæ sibi in mandatis ab eo data habuit? 4. Quæ causa tam repentinæ Traditionis; & quænam urgens impulit necessitas? an com meatus vel annonæ defectus? an munitionis? 5. Si Dn. tio V. stra fuit inter istos, quorum fuit animus tradendi? & ut Puncta ostenderet, quibus Transactio sterit. 6. Cur Dn. tio V. stra non impedivit Traditionem, si vidit adhuc aliquod restare tempus, quo posset se defendere? 7. Cur Dn. tio Vestra ipse cum Extrario Milite in Castellum se non occlusit, si jam percellere, & disuadere Traditionem hanc non potuit: Et cur ipse pro se speciatim non capitulavit Præsidia Majora, cum cæteri urbem tradiderunt. Citatur itaq; Dn. tio V. stra ad videndum & audiendum contra se ob ea omnia, ut coram Judicio, in conventu meo generali Minisci celebrato duodecimâ die Novembris, ab Inceptione ejusdem conventus personaliter & legitime compareat volo, & Imperatoriâ meâ potestate præcipio. Dat. Minisci die 5. Novembr. Anno 1654.

*Adveniente itaq; die duodecimâ Novembris, Illustriss: Princeps Exercituum M. D. L. Dux Generalissimus, cum Magnif. Dn. is Commissariis & Judicibus delegatis, & pleriq; homines collecti sederunt, volentes exitum hujus causæ audire:*

Ego Ordinum Ductor KORFF, facta brevi Præfatione, coram Judicio Magnificorum steti. Interea Illustrissimus Princeps Exercituum M. D. L. Dux Generalissimus, primum Punctum assumpsit, & me Ordinum Ductorem KORFF interrogavit.

### PUNCTUM I.

Queritur. Si Dn. tio V.stra integram Legionem suam habuit, ita ut ex acie cessit?

### RESPONSUM.

Non solum integrum Legionis meæ numerum, ita ut ex acie cessit, habui, verum quando eam in loco à Civitate Rezycâ non multum distante palàm omnibus videntibus monstravi, conscientiam puram confiteor me tum adhuc supra certum numerum habuisse: Nam in Traductione Copiarum, & in ipsa urbe Smolenscensi adauxi: Oberstleutnant meus Dn. Zolderbach, & Major meus Dn. Fiting, itidem ex Curlandiâ Smolenscum adduxerunt supplementum. Si fuisset præsens Illustriss. Palatinus Smolenscensis, dedisset hujus sufficiens testimonium, prout & nunc dat in sua Apologia testimonium, clarissimè enucleat his verbis: *Dux Legiones Extrarie Illustriss. Thesaurarii M. D. L. & Magnif. Dn. KORFF, Ordinum Ductoris, habuere Militum 1300. Horum sexcenti fuere Illustriss. Dn. Thesaurarii, & meæ Legionis, septingenti, Summa 1300.*

### PUNCTUM II.

Queritur. Si hoc fecit, quod officium Dn. tionis V. stræ & vocatio in illo loco exigebat?



## RESPONSUM.

Hæc Quæstio non videtur difficilis: Nam & quis amore laudis non tumet? Verùm quia laus propria sordet; mallem ipse silere, & aliquem alium, qui spectator meorum laborum fuit, audire: sed quia quæror, responderi cogor: Quo in sermone si propriæ laudis præco reperiar, venia danda, cum nemo gloriari nisi de suo debet. Officium & vocatio mea fuit, ut providerem securitati Smolencki: Ego itaq; adveniens valla totaliter diruta, nemine stimulante, ex innata mea alacritate animi erexi sufficienter, pro quo Ingratitudinis notam recepi ab Illustriss. Dn. Palatino Smolencensi. Nam publicè me ob id in Comitibus reprehendit, quòd in absentia illius has ruinas reparare inchoaverim, ego quoq; amplius illas restaurare nolui; verùm Nobiles & Spiritualis Ordo, præcipuè Reverendissimus Archi-Episcopus Græciritus, nomine ZLOTY, Illustr. Dn. Palatinum clamore adorti sunt, & petierunt, ut in proposito restorationis perseverarem. Tria itaq; munimenta à planicie loci providi, & ad resistentiã hosti non absq; proprio meo sumptu ordinavi. Vigiliæ & Excubiæ meorum non defuerant, spe pro viribus, omnibus horis lustrabam, non modo in locu competenti, verùm omnes muros, loca foraminosa, fossas, Canales, Portas, valla minora, Cuniculos, Abscissiones, aliaq; his similia loca revidebam, in summa, nullus restabat locus, quem unà cum Ingenuiro non circumspicerem, & secundum posse in integrum non restituerem. Vallum minus, quod semper periculo proximum fuit, non neglexi, die nocteq; illud invisendo, non modo intuitu, sed aliquot horis, mediã, aliquando integrã nocte invicem cum Magnifico Domino TYZENHAUZ vigilando perseverabam. Oppugnatio successit 26. Augusti, post mediam noctem,

ab hora tertia, istic ipse ad initium mox cum Ducentis Pe-  
ditibus ad Transactas Cohortes in muro constitutas (vulgò  
Kvvatery) & ad diruta Propugnacula, (in quibus duodecim  
vexilla Moschorum fuere) accurrì, Dominum porrò TY-  
ZENHAUZ jam in ardenti periculo reperi, relicta illi ad  
parvum vallum parte militum, me ipsum centuli ad illa  
duodecim vexilla in Propugnaculo & muro existentia; jam  
protunc Triumphantem hostem, & irruentem de Muris de-  
orsum in urbem magno impetu deprehendi: Exigua itaq;  
copia meorum militum sustinebam impetum, despiciendo  
ibi densum Cadaverum nostrorum lapsum: Et non unus u-  
nà mecum ictum lateris in caput retulit, ubi cum aliis Ma-  
gnificis Dominis Incolis, (quos Magnus Dn. Scriba Ter-  
restris Smolenscensis PARCZEWSKI adduxit) perman-  
tamdiu quamdiu hostis fugam dedit, relicta nobis cadave-  
ribus in fragmentis & in Propugnaculo pulsus: Quod auxi-  
liante Deo, ictis juxta illos directo ex tormento nostro ful-  
mineo, præustis suo proprio pulvere, contignatio, in qua  
stabant convulsa cœcidit eos & conqvassavit: Ibidē nostri  
erumpentes, duo Tormenta hosti subtraxerunt, & in acie  
ultra muros densa prostraverunt cadavera. Quomodo de  
hoc testatur Apologia Illustr. Dn. Palatini Smolenscensis,  
his verbis: *Magnificus Dn. KORFF Ducentos Pedites de-  
duxit deorsum ex munitione suâ, & crebra jactatione ignis  
DEO annuente cessit.* Idem planè ad parvum vallum a-  
ctum est, ubi hostis cuniculis actis ad Præsidia jam stetit in  
fossa, nihilominus auxiliante Deo, & forti manu Magnifici  
Dn. TYZENHAUZ, cui Cohors Subjudicis Smolenscensis  
magno subsidio fuit, semperq; uti ipse Dn. Sub-Judex, sic  
tota quoq; cohors ejus honorificè stetit. Fuit itaq; hoc die  
impetus universalis, ubi hostium cadavera, quomodo ipsi  
Moschi



Moschi in posterum fatebantur, prostrata sunt in circum circa septem millia. Ad Regiam portam M. D. ORLIK, Rotmagister Pedestris itidem generosè specimen fortitudinis suæ præbuit, & hos, qui sepimenta ad Portam Regiam exciderunt, volentes serio infestare, adeo illis fortiter restitit, ut neglectâ Infestatione, in Borysthenem mergerentur, illic foeminæ Cosacorum & Saydonum multum ei proferunt. Magnificus Dominus DZIALKOWSKI cum Polono Peditatu suo, adveniens sub Propugnaculum dirutum auxilio succurrit nobis fortiter, & magnam sui Peditatus jacturam retulit. Itidem & Magnificus Dn. MEDELANSKI non parcendo in gravescenti ætati suæ, fecit hoc quod Virum magni animi decuit. Et quis tandem omnes magnanimos, strenuos, animiq; robore præstantes Viros percensere numerando potest: qui protunc ad omnes casus, temporum varietates, & vicissitudines, stabiles, infractos atq; intrepidus se præbuerunt. Nefas mihi præterire Magnificum Dn. ONIKIEWICZ, qui semper Cohorti suæ ex parte divulsæ adhærendo personâ suâ generosè impetum sustinuit, & si non deerant nonnulli ex parte majori, qui ob Temulentiam animosæ virtutis Infectricem ruinas occupare renuerunt. Ad Cohortem Magnifici Dn. BAKA, quæ adhuc integra fuit, cum hostis ad muros scalas applicavit, itidem acerrimum se Patriæ Defensorem præbendo, notabiliter illos profligavit. Idem actum est & in aliis in muro stantibus Cohortibus (vulgo Kvvatery) præsertim Domini BAKANOWSKI, & Domini KAMIENSKI. Multum etiam & sincerè laborabat Ingenier Dn. BANNOLO, non modo in Minis, sed etiam & tempore Oppugnationis forti & erecto animo se gessit: Interim hostis non otiosus stabat, die nocteq; graviter nos vexabat Tormentis muralibus (vulgò Granaty) quæ centum octuaginta libras

ponderabant, & dum domum ejusmodi Tormentum mu-  
rale tetigit, illam susq̄ve deq̄; evertit. Non quoq̄; cessavit  
suis Tormentis fulmineis laborare Magnus Dux Moscho-  
viæ. Muros tam fortiter concutiebat, ut globi medias De-  
fensiones penetrarent: ita eas Dominus ædilitatis Curator  
Smolencensis adaptaverat, quæ foramina die perforata,  
compegi lapidibus, canabi tortâ & humo: ventum est ad  
hoc, ut in concussis Cohortibus, non fuit modus præsen-  
tandise. Interea quidem Quater Magistri suos Asclas &  
vacuas absentium Dominorum Turmas ad ruinas & Pressas  
propellere non potuerunt. Animadvertens ego tantam  
discordiam, assumpto Peditatu meo ex Magno Vallo, ali-  
quot Decadibus hanc Ruinam occupavi, ibiq̄; Excubias a-  
gere imperavi, ipse quoq̄ve die nocteq̄; non recedens cum  
centum Peditum meorum, Nobilium verò & Civium, &  
Cosacorum certo numero perseverabam. Demùm ven-  
tum est ad hoc, Advertens vilem Defensionem concusso-  
rum Murorum, volui meis Peditibus occupare omnes rui-  
nas & Minas: Vallum porrò magnum Magnificis Dominis  
Incolis Palatinatus Smolencensis ad defensionem tradere.  
Verùm cur ita non stetit, qui nunc remanent, Domini Ita-  
colæ referant: Quia hæc, quæ dico, non sunt nuda verba,  
obtestor: Apologia Illustriss, Domini Palatini his verbis  
scripta:

*Præcipuè Duæ Cohortes cum Propugnaculis duo-  
bus in toto fuerunt neglecta, & nullus stare voluit; ad hoc  
ventum est, ut Magnificus Dominus Ordinum Ductor dare  
pro Excubiis aliquot Decades Peditum, & paratus fuit oc-  
cupare Muros; Magnificis verò Dominis Incolis Defen-  
sionem Magni Præsidii reddere, verum ne hoc factum est.*



PUNCTUM III.

*Quæritur.* Si aliquid molitus est suo Instinctu, an paruit Illustri Domino Palatino in iis, quæ sibi in mandatis ab eo data habuit.

RESPONSUM.

Ad Defensionem locorum competentium conferens me cum Illustri Domino Palatino, & Domino Ingeniro, hoc sum molitus, quod necessitas urgebat, & nihil, quod ad sufficientem pertineret, Defensionem decrat. Mandatis etiam Illustris Domini Palatini parebam: & nihil egi sine scitu & jussu ejusdem.

PUNCTUM IV.

*Quæritur.* Quæ Causa tam repentinae Traditionis? Et Quænam urgens necessitas impulit, an Commeatus, vel Annonæ defectus? an Munitionis?

RESPONSUM.

Quod supra me nihil ad me. Non fui Imperans, sed subjacens. Quid in Armario & Granario agebatur (quoniam inspicere negabatur) ignoro, hoc tantum scio, quod ab Illustri Domino Palatino audiui; publicè in facie omnium dixit, pulveris copiam deesse: prout evidenter scio in ipsa Oppugnatione 22. dolia pulveris evacuassee: dixitq; homines ad Defensionem sufficientes non habere. Vidi etiam

iam & audiui Plebem, Libratores, aliosq; Nobiles conque-  
stos esse victu se carere : Illustris Dominus Palatinus no-  
vum se Patremfamilias declarando succurrere illis non va-  
luit. Hocetiam audiui, in nonnullis Domibus circa Do-  
minum ædilis Curatorem morbos ingravescere.

## PUNCTUM V.

*Queritur.* Si Dn. tio V.stra fuit inter istos, qui tra-  
ctaverunt de Traditione? & ut ostenderet pun-  
cta, quibus Transactio stetit.

## RESPONSUM.

In numero horum, qui tractaverunt de Traditione  
Smolensci, non fui, & si ad hanc functionem vocatus, In-  
dignum me hoc munere excusavi: nec etiam subscripsi me  
ad Laudum hoc, quod statutum est ab Illustri Domino Pa-  
latino cum Dominis Incolis in prolongationem Pactionis  
(vulgò Rozhovvor) in spem succursus & suppetiarum: Imò  
contradicebam, ne Pactus cum hoste egissent, quæ Pactiones  
meo iudicio multum nobis obfuerunt: Nam nobis  
pleriq; victi ab hostibus præsentati narraverunt, & ad suos  
Affines scripserunt, nos suppetias minimè habituros fore.  
Tanta Curiositas nostrorum fuit, ut quilibet rumores scire,  
& his Pactionibus (vulgò Rozhovvory) interessè volue-  
runt: Et quamvis Illustris Dominus Palatinus hoc prohib-  
uit, nihilominus uti liberæ Gentis pervicaciam compe-  
scere nequaquam potuit. Ibidem Magnifici Domini non-  
nulli in iis Pactionibus familiariter cum Mœschis ad partem  
secedentes loquebantur: Cives quoq; advertentes Mobilo-  
vientes familiares suos, cum illis conferebant: Post quas  
Pactiones notabiliter intellexi animos nostratium totaliter  
mu-



mutatos fuisse. Nam Cohortes suas non observabant, & amplius obtemperare, & laborare, quod tenebantur noluerunt. De Punctis scio illa fuisse: verum quænam Transactio in illis continebatur, referre ignoro: non adscripsi nomen meum ad illa, & ad nullas literas, & Manifestationes: De Jure & Justitia fortassis tenebantur Celsitudini Vestra referre hæc Puncta, & reddere rationem Commissarii qui hoc munere functi, præsentis fuere: Præsertim Magnificus Dominus VNICHOWSKI, Subjudex Smolenscensis. Magnificus Dominus Scriba Terrestris Smolenscensis, Dominus PARCZEWSKI. Magnificus Dominus DANIEL HURKO, Subdapifer Vitepscensis. Magnificus Dn. ADALBERTUS GOLIMONT, Judex Smolenscensis. Magnificus Dominus VENCESLAUS DANISIEWICZ, Magnificus Dominus JOANNES BAKA. Magnificus Dominus JOANNES RACZYNSKI. Magnificus Dominus STANISLAUS ZALESKI. Magnificus Dominus SIMON KONAK. Magnificus Dominus GASPARIUS DUNIN GLUSZYNSKI. Ego porrò KORFF in his Tractatibus non me implicui.

### PUNCTUM VI.

*Queritur.* Cur Dn. Vestro non impedivit Traditionem? si vidit adhuc aliquod tempus restare, quo posset se defendere.

### RESPONSUM.

Tempore aliquo brevi (ut ego sentio) possemus quidem nos defendere: sed quia de futuris malis contingentibus non dabatur mihi certitudo victoriæ, ob imminentem

oppugnationem, quam postquam adverti, nescio ut possemus integrè resistere tantis incurSIONIBUS Magni Ducis Moschorum usq̃ve ad hoc tempus, præsertim absq̃; succursu & suppetiis: Nam nova fulcra instaurabant propter fulminea Tormenta novendecim longè majora, quæ recenter advexerunt: Vndiq̃ve etiam revocatæ sunt Legiones Moschoviticæ sub Smolenscum post oppugnationem: Sic Illustrissima Celsitudo Vestra dignetur persuasus haberi: non jocabantur tum nobiscum; Præsentia ipsius Magni Ducis Moschorum adeò nos perculit, ut die nocteq̃; ingenti mole laborum fatigati requiescere minimè potuimus: nec de missio de muro. MILADOWSKI nobilis juvit, qui omnes defectus in Comitibus propositos Magno Duci Moschorum patefecit. Suffossiones aut Minæ accedebant propiùs ad muros, ita ut ex Cuniculis nostris audirentur. Hoc igitur totum variabat animos hominum; cui occurrendo, ulteriorem excessum in crebris illorum Conventibus publicè hæc Protestatione cum Officialibus utriusque Legionis verbo delatâ in scriptis ad Acta Officii Smolenscensis tradidit, quæ sic habetur.

**F**eria Tertia die vigesimâ tertiâ mensis Septembris Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto. Coram utroq̃; Officio Urbis Smolenscensis Personæ infra in subscriptione posite sistentes intulerunt in Acta officii Smolenscensis scripto parato Denunciationem suam his verbis scriptam. Coram Officio S. R. M. Terrestri Smolenscensi, & Officio Castrensi Illustris Domini PHILIPPI CASIMIRI OBVCHOVICZ, in præsentia ipsiusmet Magnifici, in præsentia quoq̃; Officialium, Dignitatum, Nobilitatum, & Equestr



questris Ordinis hominum Palatinatûs Smolenscensis. Ego  
VILHELMVS KORFF, & Ego NICOLAVS HENRICVS  
TYZENHAUZ, & Nos omnes infra nominati Officiales, tam  
Legionis Illustris, Domini CORVINI G&SIEVVSKI, quàm  
& Magnifici Domini VILHELMI KORFF Capitanei Orle-  
nsis. Protestamur imprimis coram Domino DEO, & postea  
denunciamus coram Magnificis omnibus in Dignitate consti-  
tutis Nobilibus omnis Statûs. Nos paratos ad ulteriorem  
Defensionem Arcis Smolenscensis hucusq; durare, quousque  
vires & extremus vitæ halitus in nobis perseverabit: dum-  
modo Nobis Magnifici copiam pulveris, & Alimenti præbe-  
ant, sine quibus nemo Militum stare potest. De Tractatibus  
cum hoste, Nos Milites scire nolumus: sed Magnif. quibus hæc  
Arx curæ commissa est, & iis quorum hic sunt bona: habentes  
scientiam de tantis defectibus hujus Arcis scient hæc Arce dis-  
ponere. Quare ne hi Tractatus Nobis Officialibus supra-di-  
ctis in posterum apud S. R. Majest. & Rempublicam boni no-  
minis perniciem adsciscant, hanc Denunciationem nostram  
publicè in Conventum Magnificorû inserimus. Ad hunc Pro-  
cessum Subscriptiones manuum Magnificorum Dominorum  
Officialium his verbis.

Vilhelmus Korff, Capitaneus Orle-  
nsis. Nicolaus  
Henricus Tyzenhauz, Obersztleytnant. Christo-  
phorus Soldeibach Obersztleytnant. Matthias Cor-  
vinus G&sievski Major. Lorens Fitinghov Genant  
Major. David Jordan Capitan. Joannes Ludolphus

Ambruch *Capitan*. Vilhelmus Joannes Korff *Capitan*. Nicolaus Georgius Fiting *Capitan*. Matthias Pliska *Capitanleytnant*. Otho Fridrich von Fitinghov *dictus Szel CapitanLeytnant*. Otho Henricus Pletemberk, *Subcenturio*. Carolus Haudrink *Subcenturio*. Thomas Klehorn *Subcenturio*. Henricus Kornarzewski *Subcenturio*. Ernest Belink *Subcenturio*. Vilhelmus Firsztemberch *Subcenturio*. Jacobus Ogelbin *Subcenturio*. Fabianus Rozen *Vexillifer*. Christophorus Bistrom *Vexillifer*. Georgius Rozen *Vexillifer*. Severinus Asmus *Vexillifer*. Fridericus Tyzenhauz *Vexillifer*. Nicolaus Korff *Vexillifer*. Joannes Fridericus Regier *Vexillifer*. Lorens Druk *Vexillifer*. Gerardus Fitinghov, *Vexillifer*. Matthias Rynis *Vexillifer*. Joannes Georgius Fiferling *Vexillifer*. Tylneyman *Vachmeister Leytnant*. Hans Sabat *Feltwebell*. Bartel Zefelt *Szerzant*. Joannes Berch *Szerzant*. Lastak *Szerzant*. Andreas Novosielski *Szerzant*. Vilhelmus Zehausen *Szerzant*. Joachimus Ambruch *Szerzant*. Andreas Stub *Subvexillifer*. Volterus Fendlavv *Capitan Armus*.  
*Quod est in Actis Officii Smolenscensis scriptum, hac Descriptione Parti desideranti extraditum.*

*Purâ Conscientiâ dico. Admonebam Superiorem. Respondit, si possibilitas ferret, ut sanguine reliquo meo hanc Arcem juvare & detinere possem, liberaliter profunderem: sed vides quid agitur, nullam habeo obedientiam. Quater custo-*



custodire nolunt, video impossibilitatem. Quando revoco primam Oppugnationem, ut possemus eam sustinere, utiq; vidi; Quomodo Cosaci, & Plebs angulos querebant, quando illos, ut ex occultis prodeant, impellebas gladio: Respectus habendus est fœminei sexûs, & Pusillorum, & Sacerdotum. Ultra igitur impedire tantæ perviciaciæ, non fungens Officio Superioritatis, non potui. Et si contra irem Superiori meo, tamen hanc Arcem absq; succursu & suppetiis non sustinerem. Nam scio Exercitum nostrum sub Orsza & Szepelice deletum fuisse, Comitata dirupta: pereundum esset nobis. Et nunc modo in me KORFF omnis redundaret culpa, dicerentq; iste Germanus & Palatino Regimen ademit, & Arcem perdidit. Non peccavi ergo contra Leges, quia habui Superiorem, cui subjacui, quem reformare difficile fuit contra Mandatum Serenissimi REGIS, per literas expressum, illudq; in sero, quod ita in se de verbo ad verbum est.

**J**OANNES CASIMIRUS Dei Gratia Rex  
Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ,  
Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Smolen-  
sci, Czernichoviæ. Et Svecorum, Gottorum, Van-  
dalorum Hæreditarius Rex.

Illustris sincere Nobis Dilecte. Compertum habemus ab Illustri PHILIPPO CASIMIRO OBVCHOVICZ Palatino nostro Smolenscensi. Quia in potestate ex Officio Palatinatûs sibi pertinente, à Generoso KORFF, Ordinum Ductore, suffert injuriam

am & præjudicium. Itaq; prout supra dicto Illust:  
Dn. Palatino Smolenscensi, ut Arx nostra Smolen-  
censis, & omnis Exercitus in illa existens, in opti-  
mo ordine remaneret, commendavimus: ita à sin-  
ceritate vestra cupimus habere, ut sinceritas vestra  
Literas Vniversales ad Generosum KORFF, Ordi-  
num Ductorem, aliosq; in Præsidio hujus Arcis re-  
manentes ederet: tanquam Arbitrio & Jurisdicti-  
oni Illustris Domini Palatini Smolenscensis subja-  
cerent; illiq; in toto parerent, hætenus, usq; dum  
in Arce nostrâ Smolencensi permanebit. Faciet id  
Sinceritas Vestra ex Officio Muneris sui debito in  
gratiam nostram. Cui protunc optimam à sum-  
mo Numine Incolumitatem vovemus. Dat. Je-  
zoviæ, die 30. Aprilis, Anno 1654. Regni Nostri  
Poloniæ & Sveciæ sexto Anno.

JOANNES CASIMIRVS REX.

PUNCTUM VII.

*Queritur.* Cur Dn. tio V.stra ipse cum Extrario Mi-  
lite in Castellum se non occlusit? si jam percellere  
& disvadere Traditionem hanc non potuit. Et cur  
ipse pro se speciatim non capitulavit Præsidia  
majora? cum cœteri urbem tradi-  
derunt?

RESPONSUM.

Si Smolensci Castellum esset, profectò cum homini-  
bus



bus occluderem me. Sed Smolenscū Castellum non habuit, solum Præsidium, cujus vis à fundamenti positione obstupui. Non clam est, Celsitudinem Vestram peragrando Exteras Nationes varia videre Castella: Ego, et si parum vidi, & non multum lustravi illas Nationes: ejusmodi Castellum, ut Smolensci fuit, adhuc non vidi. Ut ego existimo, hoc est Castellum, quod simul regit & imperat in acie & in urbe. Istud verò Præsidium sic curatum fuit, ut ple-ræq; Aulæ Regiæ in Regalibus bonis curari solent. Si non providerem illud, sine dubio, primo impetu Magni Ducis Moschoviæ Circumfessione mox fuisset ademptum: Nam frequenti Incessu & Recessu pecorum Equorumq; ruinam dabat, ex quibus nec Acies nec Urbs defendi potuit. Nihilominus diligenti studio meo & cruento labore Peditum nostrorum tria munimenta à planitie loci ita fortiter firmata sunt, ut hostis mox in primo impetu notabilem inferens cladem Militum suorum, & superiore *STRZELECKI ZABOVVA* amisso, jam amplius istud Præsidium impug-nare noluit. Munimenta porrò duo, quæ fronte ad Civitatem posita fuere adeò vacabant, ut ex civitate per Munimenta Curru ingredi posset. Porta quoq;, quæ in hoc Præsidio fuit, uti ab initio erecta, usq; ad præsens claustra non habuit: Aquæ & alimenti in illo copia defuit: Et quod magis ita hoc Præsidium fundatum est, ut peripetasmata muralia ab utraq; parte planè in medio hujus Præsidii congregiantur, ex quibus peripetasmatibus & contiguis propugnaculis omnia munimenta solo ævari possunt. Itaq; cum Adjacentiis non est Castellum: nam non propugnat hoc Præsidium Civitatem, sed qui possidet Civitatem & muros, is huic Præsidio imperat, Quomodo igitur in hoc inemendato Præsidio occludi potuimus. Secundò, Milites meos in duas divisos habui partes: uni remanebant in magno val-

lo; Alii in parvo, Tertii in diruta & dispersa Cohorte (vulgò  
Kvater) ubi Nobiles stare renuerunt; cœteri quoq; die no-  
cteq; parati ad pugnam stare tenebantur: Quomodo igitur  
debiui omittere Kvateri, quibus Suppetiæ ferendæ erant.  
Tertiò relicti suis dilapsi sunt, ut Domini Incolæ eisdem  
stipendiarios Milites meos sollicitabant, ut adhærerent Ma-  
gno Duci Moschorum, qui catervatim ex utraque Legione  
numero sexcenti & quindecim auferunt ad Magnum Du-  
cem Moschorum pro Zalovvanie & Rublis accipiendis. U-  
niversi hujus mali anam & occasionem præbuit Dominus  
*ADALBERTUS GOLIMONT*, Judex Fori Castrensis Smo-  
lencensis, cum Confidentibus suis: forsan tùm, cum fuit  
Commissarius, patefecit sibi aditum ad Magnum Ducem  
Moschorum, in his Pactionibus, (vulgò Rochovvory) cum  
Ducentis triginta Nobilibus, compulsis ad se Peditibus Po-  
lonis, qui Aulam Illustris Domini Palatini invaserunt, &  
ex Conclavi per vim Vexillum rapuerunt, quibus adjunxe-  
runt se & Cosaci Rurales, & Cives omnes proficiscentes ad  
Magnum Ducem Moschorum, ei juramento se obstrinxerunt,  
violenterq; possessâ Portâ ad Muros Smolencenses  
magnam Moschorum copiam induxit: Jungens officio Ju-  
diciali à Magno Duce Moschorum, Nobiles & Officiales no-  
stros citabat: Quibus Juribus Magni Ducis Moschorum,  
prout Sereniss. Poloniæ Regis Subditi, non parvum. Quo-  
modo igitur intanta Confusione, & cum, quo me occlude-  
re debui, quoniam in tota Arce Smolencensi nullus reperie-  
batur occludendi locus. Domino Deo grates persolvimus  
nos omnes, quòd adhuc reliquum vitæ spiritum retinentes,  
ad ulteriora obsequia Reipublicæ vivi dimissi simus: Diffi-  
cilè enim ibi fuit contra stimulum lingere: non habuimus  
tantas vires, ut simul & Magno Duci Moschorum, & suis-  
met ipsis Rebellatoribus opposcentes resisteremus. Ro-  
gavi



gavi itaq; pro conclusione Illustrẽm Dominum Palatinum,  
ut nobis Officialibus saltim daret Attestationem cruento-  
rum laborum nostrorũ circa hanc Arcem sincerè & fideliter  
peractorum, quòd nos per totam obsidionem, usq; ad ipsũ  
finem, ad ulteriorem Defensionem Arcis hujus parati fueri-  
mus. Quæ Attestatio de verbo ad verbum sic in se est.

**P**HILIPPVS CASIMIRVS OBVCHOVICZ, Palatinus  
Smolenscensis: Et Nos infra subscripti, tam ex statu spi-  
rituali quam seculari in Palatinatu Smolenscensi nominatæ  
Personæ, significamus tenore presentium. Quod nos haben-  
tes pro subsidio Munitiois Arcis Smolenscensis missas duas  
Legiones Pedestris Militis ex Regimine Illustrissimi Principis  
M. D. L. Ducis Generalissimi. Unam Illustrissimi Domi-  
ni VINCENTII CORVINI GOSIEVSKI, Thesaurarii M.  
D. L. Aliam verò Magnifici Domini VILHELMI KORFF  
Capitanei Orlensis. Qui Advenientes jam in ipso ardentissi-  
mo imminentis hostis periculo, non expectantes provisionem  
de Arario Reipublicæ, ipsi ex sua alacritate animi, pro viri-  
bus, valla funditus diruta, de novâ radice una cum Peditatu  
Polono ad murum apto erexerunt, & sic illa ratificaverunt,  
ut & nobis existentibus protunc animus redi vivus fuit, hâc spe  
freti, quod hostis repulsam patietur. Uti divinâ potentia  
cum oppugnatio in circum circa fuit die 26. Augusti, ab horâ ter-  
tia, post mediam noctem, ad meridiem horam nonam continuo,  
etsi jam occupavit hostis murum per noctem totam oppugnan-  
do nos defendentes, vexillis, ut victor futurus, expositis in  
fragmentis: Tandem auxiliante DEO, & succursu Magnifi-  
corum

corum Dominorum Ordinum Ductorum supranominatorum,  
unâ & nostris viribus fugatus erat, nobis relinquens Capti-  
vos, à se & campo antemurali cadavera, quorum numerus  
patet, prostratos fuisse septem millia & ultra, exceptis vulne-  
ratis. Verùm cum post tantum laborem incepimus numerare,  
& ecce ex Nobilibus & Magnificis Dominis Officialibus  
& militibus ærariis, Civibus, Peditibus ceciderunt Quingenti;  
Vulnerati, qui ad ulteriorem propugnationem minùs idonei fa-  
cti sunt numero Ducenti: Restabant nihil ampli<sup>9</sup> summa sum-  
marum hominum ad bellum aptorum duo millia plus minus;  
quæ cum ordinare cepimus in partes numero sufficientes, ob  
latitudinem mœniorum præter ruinas recens factas, sufficere  
non potuere ad Defensionem; & quod rei caput est, Pulvis  
deficiebat ad ulteriorem impetum sustinendum; Defectus pa-  
nis inter Plebem, Cosacos, & Libratores terrebat; Nuditus  
amictûs allectorum militum, quibus pro Quinq; Quartualibus  
pretium non est numeratum, premebat; Morbus corruptissi-  
mus grassabatur inter Plebem, à quibus proximi Lares infi-  
ciebantur, eâdem peste; Succursus quoq; ratione abrogati no-  
stri Exercitûs non sperabamus. In summa itaq; inopia pul-  
veris, paucitate militum, fame, nuditate, infirmitate coactis  
parati, existentes ad ultimum usq; spiritus halitum defendere  
se; debuimus tandem volentes nolentes deserere Arcem oppu-  
gnatori, qui Tormentis totaliter mœnia nostra diruit. Deo  
teste testamur, quod in his Legionibus Pedestris militis ala-  
critas ad ulteriorem defensionem non defuerat; sed volentes  
nolentes ob causas prædictas debuerunt sequi arbitrium alio-  
rum.



rum. Quapropter nos pollicemur hoc fame & honori Magnificorum Dominorum Ordinum Ducatorum, & Dominorum Officialium Exercitus minimè nocere debere.

Philippus Casimirus Obuchovvicz, *Palatinus Smolencensis*. Samuel Stanislaus Drucki Sokolinski, *Praefectus regendorum finium Ducatus Smolencensis*. Joannes Woievvodki, *Judex Terrestris Smolencensis*. Michaël Hieronymus Obynski, *Administrator & Canonicus Smolencensis*, *Parochus Mobiloviensis*. Zacharias Obuchovvicz, *Decanus Smolencensis*, *Secretarius S. R. M.* Jacobus Stanislaus Woievvodzki, *Canonicus Smolencensis*. Nicolaus Slaski, *Societatis JESU*, attestor nomine totius Conventus fratrum meorum, esse veram & fidelem Attestationem. Frater Reverendus Hiacinthus Zalusevski, *Superior & Vicarius Ordinis Prædicatorum*, nomine omnium fratrum meorum subscribo me huic Attestationi, & attestor esse veram & fidelem. Frater Reverendus Stanislaus Effimovvicz, *Guardianus Smolencensis Ordinum Minorum de observantia*. Stanislaus Vniechovvski, *Subjudex Smolencensis*. Alexander Parczevvski, *Scriba Terrestris, Palatinus Smolencensis*. Joannes Hieronymus Grzymala Krzemiecki, *Secretarius S. R. M.* Joannes Mefzczeryn, *Pocillator Smolencensis*. Daniel Hurko, *Subdapifer Vitepsensis*. Adalbertus Golimont, *Pocillator Lidensis*. Casimirus Samuel Drucki Sokolinski, *Scriba fori Castrens*. Jacobus Szmurlovvski de Szmurli. Adamus Jesman. Casimirus Eydziatovvicz, Georgius Mokrzecki. Joannes Gieldovvski. Samuel Bakanovvki, *Aulicus S. R. M.* Tobias Taganovvski. Laurentius Boniecki. Petrus Svviacki. Joannes Stankievicz. Christophorus Jafremovvicz. Venhar Engilart. Joannes Corlak. Petrus Korlak. Daniel Joannes Stybalkovvski, *Excubitor Smolencensis*. Basilius

Lepunovv. Fridericus Odfelder. Joannes Rumienczevv-  
ki, *Excubitor Smolenscensis*. Samuel Zyko. Valerianus Sta-  
nislav Zaleski. Vilhelmus Joannes Raczynski. Vladis-  
laus Victorinus Glinka. Christophorus Roszczewvski. Jo-  
annes Petrus Gorzechovvski. Stanislaus Simon Milevovski.  
Fabianus Sznabel. Albertus Trębicki. Alexander Cho-  
cim. Mattæus Stankievicz, *Prætor Smolenscensis*. Hapiey  
Wysoki, *Consul Smolenscensis*. Valentinus Sokolovvski, *Con-  
sularis Smolencensis*. Hieronymus Casimirus Dubina, *Scriba  
Smolencensis Civitatis*.

Qui Magnifici supra nominati attestantur, me fuisse pa-  
ratum ad ulteriorem Defensionem Arcis hujus. Clare hoc  
igitur patet, me non fuisse Superiorem Arcis Smolenscensis.  
Serenissimus Rex, Dominus meus Clementissimus, & Illu-  
strissima Celsitudo Vestra, uti Dux & Imperator meus, man-  
dastis mihi ambo, ut Illustri Dn. Palatino, ita ut Duci & Su-  
periori meo, obtemperarem, illi in omnib<sup>9</sup> morem gerens.  
Quod ego diligenter exæqvendo contradicere Illustri Dn.  
Palatino non valui. Ad extremum scribit Celsitudo Vestra  
ad Illustrem Dn. Palatinum Smolencensem, volendo illius  
experiri resolutionem, si se occluderet in hac Arce, ut possit  
commodè huic loco providere: scio illum ad Celsitudinem  
Vestram rescripsisse, se occludere. Quocirca mittit Celsi-  
tudo Vestra Magnificum Dn. Vexilliferum Derpatensem sub  
Smolenscum, qui monstravit mihi Memoriale, propria  
manu Celsitudinis Vestræ scriptum, imperando mihi seriò  
ut Illustri Dn. Palatino in omnibus morigerum me præberem.  
Quale huic responsum dedi, puto Magnificum Dn. Vexilli-  
ferum Derpatensem id totum detulisse Illustri Celsitudini  
Vestra: nominatim quòd parere paratus sim, nihilominus  
cum protestatione, si in hac Arce in contrarium aliquid fiet,  
ne mihi in posterum culpa imputaretur. Nam adverti ince-  
ritum



ritum ex inconsiderantia, & postea majori ex parte discordiâ inter Illustrē Dn. Palatinum & Equestrem Ordinem, qui Illustri Dn. Palatino ab initio usq; ad finē parere noluerunt. Hæc discordia tamdiu fervebat, donec sedities, Rebellio, & factio suum protulisset effectum, & Magno Duci Moschorū per Dn. GOLIMONT innotuisset. Quærite itaq; Magnifici Domini. Vti Sereniss. Rex Dominus meus Clementissim<sup>9</sup>: Ita Illustriss. Celsitudo Vestra ex Illustri Dn. Palatino & superiori meo: Quomodo Arx Smolencensis cū Libertate Nobili aurea cessit hosti. Existimo Illustrē Dn. Palatinum in facie Reipubl. demonstraturum & daturum rationem de toto: Vtinam nullus Ingenuus eum gaudentibus tali aureâ libertate occluderet se. Quod attinet ad Legionem Illustriss. Theaurarii M. D. L. & Campiducis nostri. Attestor & fateor Magnif. Dn. TYZENHAVZ, cœterosq; Officiales ejusdem Legionis in Officio suo militari ita se gessisse, ut viros Infracti acq; imperterriti animi decet. Concludo itaq; hanc Justificationem meam his verbis: Illustriss. juxta ac Excellentissime Princeps, Domine ac benefactor mi Colendissime. Judicet me primariè ipse Deus Opt. Maximus, Sacra Regia Majestas, Univerſa Respublica & Illustriss. Celsitudo Vestra, ut Dux & Imperator meus: Insuper universus, quæ latè patet Orbis, si meâ causa Arx Smolencensis cessit Oppugnatori: utiq; habes potestatem vitæ & necis meæ, salutem quidem non oro, sin minus oro, ut ab hac Actione liberer.

Post sufficientem declarationem Justificationis meæ Juridicè; ab Illustrissimo Principe Dn. JANUSIO RADIVILO, Exercituum M. D. L. Duce Generalissimo & Dominis Commissariis, hoc obtiuni Decretum ego VILHELMUS KORFF.

**N**os Commissarii ex Senatu & Coronâ Legatorum ad solvendum Exercitui M. D. L. designati, significamus atq; attestamus. Quod Magnificus Dn. KORFF, Capitaneus Orlensis Pedestris, Exercitus

*exercitus S. R. M. Ductor, intulerit coram nobis Præensionem & Instan-*  
*tiam suam: ut integram reciperet solutionem sua Legioni, perimē-*  
*tem ex mandato Ducis missa Smolenscum; asserendo eandem Legi-*  
*onem numero integram, secundum Regestrum Descriptionis reti-*  
*nuisse, & pro retentione ejus magnum sumptum erogasse, tam pro-*  
*priis pecuniis suis illi solvendo; quàm ipsomet suo credito frumenta*  
*& alia victualia in sustentationem Peditatus accipiendo (prom ex*  
*Vexillifer Smolenscensis cum debito suo pro hac Legionem accepto In-*  
*stantiam fecit.) Ad hæc, quod Officiales omnes, in quos summus*  
*expendebatur sumptus, & Pedestres Milites, plus quam ducentos*  
*ex Arce secum eduxerit, quibus pensum reddere tenetur. Quia in*  
*causa, acquiescentes & considerantes hanc Legionem in Arce dno*  
*Quartualia & unum mensem emeruisse, & aq̄e cum medio Ex-*  
*ercitu veteris Incitationis, Quartuale unum habuisse donatum à*  
*S. R. Majest. & promissum à Senatu. Pro tribus itaq; Quartualibus*  
*& uno mense mercedem illi adjudicamus, & Magnifico Dn. Vexil-*  
*lifero Smolenscensi ex eodem Erario mercedem pro frumento indi-*  
*camus. Ratione porrò trium Quartualium decisionem reponimus*  
*ad futuram Commissionem: coram qua, Decisio Reipubl. in Comi-*  
*tiis, Deo annuente, futuris de Traditione Smolenscensi sequetur.*  
*Dat. Minsci, d. 22. Decembr. Anno 1654.*

*Finitâ hac causa, Illustriss. Princeps Dn. JANUSIUS RADZIVIL,*  
*Exercituum M. D. L. Dux Generalissimus, propriâ sua manu ad*  
*fratrem meum germanum, Illustr. Dn. NICOLAUM KORFF, Pala-*  
*tinum Vendensem, his verbis scripsit: Arx Smolenscensis Oppu-*  
*gnatori cecit: Frater Dominat. Vestra exfors culpa: Nam secun-*  
*dum voluntatem Serenissimi Regis & meum mandatum ita se ges-*  
*sit, ut strenuum decet virum: sed brevi apparebit, & universo orbi*  
*parebit stultitia Pusillanimitas & evidens Nobiliâ illius loci frau-*  
*ginalibus & Apographis probare, &c.*

*VILHELMVS KORFF, Capitaneus Orlens*  
*& Sacra Majest. Oberst. n. p. p.*